Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

uideat. sicut iudicium alio peccante punitos obnoxiatur; Superest igitur ut dnm deprecemur.
iii. Ostendat nobis quomodo praecepta haec iusto et bonoque conueniant deo. Sepe iam diximus quod scripturae diuinae non omnia ad exteriorem hominem sed plurimum ad interiorem loquuntur; Interior igitur homo noster aut dm habere dicitur patrem si secundum dm uiuit. et quaecumque sunt agit. aut diabolum si in peccatis sit et uoluntates illius gerit. sicut euidenter in euangelio saluator ostendit dicens: Vos de patre diabolo estis. et desideria patris uestri facere uultis; ille homicida fuit ab initio et in ueritate non stetit. Sicut ergo semen dei in nobis non peccemus; ut iohannes dicit. Omnis qui natus ex deo est non peccat quia semen dei manet in eo. Tu et cum zebulo ad peccandum succedemur. semen eius suscepimus; Cum uero et eam opere implemur quod sua serit. tunc iam et genuit nos; nascimur enim ei filii per peccatum. Verum quum peccantes uix fere accidit ut sine adiutoribus peccemus. sed aut ministros peccati aut adiutores semper requirimus. Verbi causa. si adulterium quis molitur non potest hoc solus admittere. sed necesse est et eam ad ulterius consortem fieri societemque peccati. Tum praeterea hoc dicitur manere. cum uerbum dei seruatur in nobis.